4. *Respondit.* Locutus est. — *Ad eos qui stabant coram se.* Ad minores angelos. — *Indui te mutatoris.* Vestibus pulchris et pretiosis, que gratiam et virtutes, et dona significant, ut Luc., 15, 22. Videmus in filio prodigo per penitentiam gratiæ restitutum. Chald., *indui te justitias.*

5. *Cidarim.* Est cidaris ornamentum capitis pontificis., Exod., 28, 36, et alibi.

6. *Contestabatur.* Gravi oratione palam admonebat, quasi adhibitis testibus, ut remissionem peccatorum, et pontificiam dignitatem consecutus, mandata Dei diligentius servet, et ab aliis servari curet.

7. *Custodiam meam.* LXX, *præcepta mea.* — *Tu quoque judicabis domum meam.* Simul cum Zorobabele judicabis et gubernabis populum meum. — *Custodies atria mea.* Tuse curæ concederentur templum et atria. — *Dabo tibi ambulantes de his.* Dabo tibi ex hoc angelorum numero, qui mihi adstant, quorum circumvallaris auxilio, et ab omni hostium fraude securus sis, et tecum ambulent et te defendant.

et dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic assistunt.

8. Audi, Jesu sacerdos magne, tu et amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt; a ecce enim ego adducam servum meum Orientem. [a Luc. 1. 78.]

9. Quia ecce lapis quem dedi coram Jesu; super lapidem unum septem oculi sunt; ecce ego cœlabo sculpturam ejus, ait Dominus exercituum; et auferam iniquitatem terræ illius in die una.

10. In die illa, dicit Dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vitem, et subter ficum.

derez mon temple; et je vous donnerai quelques-uns de ceux qui assistent ici devant moi, afin qu'ils marchent toujours avec vous.

8. Ecoutez, ô Jésus, grand-prêtre; vous et vos amis qui sont auprès de vous, parce qu'ils sont destinés, aussi bien que vous, pour être la figure de l'avenir. Je vais faire venir l'Orient qui est mon serviteur.

9. Car voilà la pierre que j'ai mise devant Jésus. Il y a sept yeux sur cette unique pierre, je la taillerai et la graverai moi-même avec le ciseau; et j'effacerai un jour l'iniquité de cette terre.

10. En ce jour-là, dit le Seigneur des armées, l'ami appellera son ami sous sa vigne et sous son figuier.

CHAPITRE IV.

Vision de deux oliviers.

1. Et reversus est angelus qui loquebatur in me, et suscitavit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo.

2. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, et lampas ejus super ca-

1. Et l'ange qui parlait en moi revint, et me réveilla, comme un homme qu'on réveille de son sommeil.

2. Et il me dit: Que voyez-vous? Je vois, répondis-je, un chandelier tout d'or, qui a une lampe au haut de sa tige, et sept lampes sur ses

8. *Servum meum Orientem.* Les anciens Juifs et les chrétiens reconnaissent sous ce nom, *Orient*, le Messie. Le même nom lui est donné dans le cantique de Zacharie, père de saint Jean-Baptiste (Luc., I, 78). Le mot hébreu que la Vulgate et les Septante ont traduit par *Orient*, peut signifier aussi *Germe*. C'est sous ce nom que le Messie est désigné dans Jérémie (ch. XXXIII, 5, et ch. XXXIII, 15). Les amis connus du grand-prêtre, dit Rohrbacher, étaient Zorobabel, Aggée et Zacharie. Tous ces pieux personnages, qui travaillaient avec lui à la réédification de Jérusalem et du temple, présageaient en même temps un autre prince de Juda, un autre grand-prêtre, un autre Jésus, l'Orient, le Rejeton ou le Messie, comme dit la version chaldaïque, qui édifierait une autre Jérusalem, un autre temple avec d'autres amis; ils présageaient Jésus-Christ avec ses apôtres édifiant l'Eglise chrétienne (*Hist. univ. de l'Eglise catholique*, tome III, p. 99).

9. *Ecce lapis.* Le Messie est aussi marqué sous le nom de pierre (Ps. CXVII, 22; Matth., XXI, 42-44; Act., IV, 11; Rom., IX, 32-33). — *Septem oculi sunt.* Il est dit de cette pierre qu'elle a sept faces ou sept yeux, de même qu'il est dit de l'Agneau (Apoc., V, 6) qu'il a sept yeux. Ces sept yeux peuvent représenter la plénitude des dons de l'Esprit de Dieu que Jésus-Christ possède sans mesure (Is., XI, 2 et 3).

CAP. IV. — 2. *Et lampas ejus super caput ipsius.* D'après l'Hébreu, c'était un vase qui s'élevait au-dessus du chandelier, et c'était dans ce vase qu'était l'huile. Elle passait de là dans les sept lampes par des canaux. Ce vase était mis lui-même en communication avec les deux oliviers, par deux tuyaux placés de chaque côté du chandelier, et c'étaient ces deux arbres qui l'alimentaient.

8. *Audi Jesu.* Propter magnitudinem rei dicendæ, denuo captat attentionem. — *Tu et amici tui.* Ceterique prophete amici tui, verbi gratia, Aggæus et Zacharias etc. — *Quia viri portendentes sunt.* Portenta Israelis, factis et oraculis admirabiles et portentosi, portenditque et premonstratis Christum et ejus mysteria. — *Servum meum Orientem.* In hebræo est, *tsemach*, id est, *germen*. *Oriens* (substantive: est enim in græco ἀνατολή, non ἀνατέλλων), sive *germen* dicitur Christus, quia ex emortua fere patriarcharum radice, tanquam novus surculus prodiit, et defossus in terra germinavit, et in magnam arborem crevit, cujus rami sunt filii Ecclesiæ.

9. *Quia ecce lapis.* Quem Jesu ostendi per revelationem, quem prius vocavi *germen*, et *orientem*, et nunc appello *lapidem*, propter soliditatem et fortitudinem qua omnia regna contriturus est, et potissimum quia futurus est lapis angularis veri templi, id est, Ecclesiæ expressæ typo templi, quod nunc ædificat Zorobabel. — *Super lapidem unum septem oculi.* In uno lapide incisus septem oculi significant plenam et perfectam Christi providentiam et vigilantiam circa templi, id est, Ecclesiæ suæ fabricam erigendam, augendam, promovendam et conservandam. Alii de septem Spiritus sancti donis intelligunt, que animam illuminant, et quodammodo oculatam reddunt. — *Cœlabo sculpturam ejus.* Clavis crucis, lancea militis, et flagellis quibus cæsus est. — *In die una.* In die passionis Christi.

10. *Vir.* Unusquisque. — *Vocabit... subter ficum.* Pax erit, et convivabuntur secure invicem communicantes inter se bona spiritualia quibus abundabit Ecclesia.

CAP. IV. — 1. *Angelus quæ loquebatur in me.* Vide dicta c. 1, n. 9. — *Suscitavit me.* Qui visionem, quam capite precedenti videram, ruminans et admirans, hærebam quasi stupefactus et attonitus.

2. *Et ecce candelabrum aureum.* Alludit ad candelabrum tabernaculi, quod fabricatus est Moses, Exod., 25, 31. Non tamen est idem plane cum illo: nam mosaicum non habebat septem infusoria, nec duas olivas, ut hoc Zachariæ. Candelabrum hoc significat templum per synecdochen; pars enim ponitur pro toto. Rursus candelabrum et templum Ecclesiæ

branches. *Je vis* qu'il y avait sept canaux pour faire couler l'huile dans les lampes qui étaient sur le chandelier.

3. Il y avait aussi deux oliviers qui s'élevaient au-dessus, l'un à la droite de la lampe, et l'autre à la gauche.

4. Alors je dis à l'ange qui parlait en moi : Seigneur, qu'est-ce que ceci ?

5. Et l'ange qui parlait en moi me répondit : Ne savez-vous pas ce que c'est ? Non, mon seigneur, lui dis-je.

6. Il me dit ensuite : Voici la parole que le Seigneur adresse à Zorobabel. *Vous n'espérez*, ni en une armée, ni en aucune force humaine, mais en mon esprit, dit le Seigneur des armées.

7. Qui êtes-vous, grande montagne, devant Zorobabel ? Vous serez aplanie. Il mettra la dernière pierre au temple ; et il rendra ce second aussi beau que le premier.

8. Alors le Seigneur m'adressa sa parole, et me dit :

9. Les mains de Zorobabel ont fondé cette maison, et ses mains l'achèveront entièrement : et vous saurez que c'est le Seigneur des armées qui m'a envoyé vers vous.

10. Qui est celui qui fait peu d'état de ces fai-

6. *Hoc est verbum Domini.* Cette vision avait pour but d'encourager Zorobabel à reconstruire le temple, malgré toutes les difficultés qu'il pouvait rencontrer. Car elle signifiait que, comme les lampes du chandelier qu'il avait vu étaient entretenues par les soins de la Providence divine, sans le secours d'aucun homme, de même il n'aurait pas besoin d'autre chose que de la protection du Seigneur pour rebâtir le temple.

7. *Quis tu, magne mons.* Le P. de Carrières paraphrase ainsi ce verset. « Qui êtes-vous donc, ô ennemis de mon peuple ! qui vous mettez comme une grande montagne devant Zorobabel, pour vous opposer à une entreprise qu'il ne fait que par mes ordres, et dans laquelle je le soutiens moi-même ? Vous serez aplanie, montagne orgueilleuse, tous les obstacles que vous apportez seront levés. »

10. *Septem isti oculi sunt Domini.* Ces sept yeux semblent répondre aux sept lampes, et nous donner l'explication de ce symbole. Ces sept yeux sont les sept anges qui sont comme les yeux et les inspecteurs dont Dieu se sert pour veiller tout particulièrement à l'accomplissement de ce qui se fait pour sa gloire. Cette image est empruntée à l'organisation des rois de Perse, qui avaient près d'eux sept ministres principaux, ou sept grands officiers qu'on appelait les yeux du roi, parce qu'ils étaient chargés de tout voir et de tout surveiller.

signifiant sensu sublimiori. — *Lampas.* In hebræo est *gulla*, vas concavum et sphericum ad capiendum oleum. — *Super caput.* In summo stipite, sive hastili candelabri. — *Et septem lucernæ ejus super illud.* Ex vase illo concavo et spherico prodeunt septem rostra, sive canaliculi, aut tubuli, in orbem dispositi cum suis ellychniis ardentibus. * Vel quod idem est, septem lampades minores per totidem calamos arcuatum ex fundo majoris lampadis prodeunt. — *Et septem infusoria lucernis.* Quos canaliculos, sive tubulos vocavimus, eosdem appellat infusoria, quia per eos suggerebatur oleum ellychniis.

3. *Et duæ olivæ super illud.* Hinc et inde a latere candelabri duæ erant arbores olivarum, stillantes oleum in lampadem.

5. *Numquid nescis?* Propheta es, et hæc non intelligis ?

6. *Hoc est verbum Domini ad Zorobabel.* Hæc visio pertinet ad Zorobabel. — *Non in exercitu, nec in robore.* Est explicatio visionis; quasi dicat: Fabrica templi tam magni et tam magnifici non perficietur industria vestra, sed Dei virtute et spiritu vos adjuvante, et impedimenta tollente. * Quemadmodum huic candelabro omnia necessaria ministrantur non humana, sed divina virtute; ita templum a Zorobabele perficietur, et respublica suo decori restituetur non ope humana, sed divina.

7. *Quis tu, mons magne?* Monte hoc significantur omnes emuli et potentes adversarii Judæorum, qui conabantur impedire fabricam templi, quales erant Sanaballat et Samaritæ, qui se opponabant Zorobabeli in restauranda urbe et templo. — *Coram Zorobabel.* Ut audeas te Zorobabel opponere. — *In planum.* Deducam te, complanabo et humiliabo te. — *Et educet lapidem primarium.* Fabricam Zorobabel vobis invitit promovebit, et educet primarios lapides quales illi sunt qui post fundamenta statim ponuntur in fabricis, et plus cæteris eminent, et procurant aliquantulum extra ordinem aliorum. — *Et exæquabit gratiam ejus.* Templum Zorobabel æquabit templum Salomonis splendore et gloria, non auri, ornamentorum, aut structuræ, sed præsentia Messie qui in illo conversabitur.

9. *Scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos.* Cum videritis me veracem esse prophetam, et omnia ad unguem impleri que ego prædico.

10. *Quis enim despectit dies parvos?* Aliqui ex hebræo vertunt, *dies exiguitatis.* Quis despectit structuram hanc fabricæ templi, quod cito fieri videretur, indiligenter, et quasi tumul-

put ipsius, et septem lucernæ ejus super illud; et septem infusoria lucernis, quæ erant super caput ejus.

3. Et duæ olivæ super illud; una a dextris lampadis; et una a sinistris ejus.

4. Et respondi, et aio ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc, domine mi?

5. Et respondit angelus qui loquebatur in me, et dixit ad me: Numquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non, domine mi.

6. Et respondit, et ait ad me, dicens: Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum.

7. Quis tu, mons magne, coram Zorobabel? in planum; et educet lapidem primarium, et exæquabit gratiam gratiæ ejus.

8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

9. Manus Zorobabel fundaverunt domum istam, et manus ejus perficiet eam; et scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos.

10. Quis enim despectit dies parvos?

et lætabuntur, et videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in universam terram.

11. Et respondi, et dixi ad eum: Quid sunt duæ olivæ istæ ad dexteram candelabri, et ad sinistram ejus?

12. Et respondi secundo, et dixi ad eum: Quid sunt duæ spicæ olivarum quæ sunt juxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro?

13. Et ait ad me, dicens: Numquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non, domine mi.

14. Et dixit: Isti sunt duo filii olei qui assistunt Dominatori universæ terræ.

bles commencements du temple? Il sera dans la joie lorsqu'il verra Zorobabel, le plomb à la main; car ce sont là les sept yeux du Seigneur, qui parcourent toute la terre.

11. Alors je lui dis: Que marquent ces deux oliviers dont l'un est à la droite du chandelier, et l'autre à la gauche?

12. Je lui dis encore une seconde fois: Que signifient ces deux oliviers qui sont auprès des deux becs d'or, où sont les canaux d'or par où coule l'huile?

13. Ne savez-vous pas, me dit-il, ce que cela signifie? Je lui répondis: Non, mon seigneur.

14. Et il me dit: Ces deux oliviers sont les deux oints de l'huile sacrée, qui assistent devant le Dominateur de toute la terre.

CHAPITRE V.

Vision du livre volant et vision du vase.

1. Et conversus sum, et levavi oculos meos; et vidi, et ecce volumen volans.

2. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et

1. Je me retournai ensuite; et ayant levé les yeux, je vis un livre qui volait.

2. Et l'ange me dit: Que voyez-vous? Je lui

14. *Isti sunt duo filii olei.* La vision est expliquée. Ce dernier trait, ménagé à dessein, en donne toute l'interprétation. Ces deux oints du Seigneur sont Jésus, le grand-prêtre, et Zorobabel, le prince du peuple, qui veillent à l'exécution des volontés du Seigneur dans la construction du temple. L'un et l'autre sont éclairés des sept lampes ou assistés des sept esprits du Seigneur; et tous deux versent l'huile pour entretenir ces lampes, parce que c'est par eux qu'arrive la grâce céleste qui doit éclairer et soutenir les ministres qu'ils ont chargés de l'exécution de leur dessein. Sous un autre point de vue, ajoute la *Bible de Venise*, ces deux oints de l'huile sainte peuvent représenter les deux apôtres saint Pierre et saint Paul qui ont été, dans l'établissement de l'Eglise, les principaux ministres des miséricordes éternelles pour la conversion des Juifs et des Gentils; de même qu'à la fin des temps, les deux prophètes Elie et Hénoch seront envoyés de Dieu, l'un pour ramener les Juifs à Jésus-Christ, et l'autre pour prêcher la pénitence aux nations: c'est de ceux-ci qu'il est dit dans l'*Apocalypse* que ce sont les deux oliviers qui sont placés devant le Dieu de la terre (Apoc., XI, 4).

CAP. V. — 2. *Longitudo ejus viginti cubitorum.* Ce livre avait environ 34 pieds de long et 17 de large. Cette dimension n'a rien d'extraordinaire, quand on sait que les livres anciens étaient composés de plusieurs feuilles ou de plusieurs morceaux de vélin, attachés bout à bout et en longueur, et qu'on roulait autour d'un bâton; d'où est venu le mot de volume (*volumen, volvere*).

tuari. — *Et lætabuntur.* Chaldaeus ita habet: *Nonne convertetur et lætabitur, cum viderit lapidem perpendiculi in manu Zorobabel?* — *Lapide stanneum.* Globulum stanneum intelligit, quem alligant architecti funiculo mensorio, ut illum distendat ad parietes mensorandos. — *Septem isti oculi sunt Domini.* Aliqui putant septem hos oculos in stanneo perpendiculi globo fuisse insculptos; alii, in lapide primario, de quo n. 7; alii, septem hos oculos esse septem tubulos, vel canaliculos, aut fistulas lucernæ accensæ, de quibus dictum est n. 2, quibus etiam significabatur divina providentia omnia circumlustrans, quam nihil latet, et cujus nutu omnia gubernantur.

11. *Respondi.* Respondere ponitur pro loqui, ut sæpe in Scriptura.

12. *Et respondi secundo.* Angelus, ut propheta desiderium acueret, tacebat, ideoque idem iterum, licet aliis verbis, interrogat. — *Duæ spicæ olivarum.* Duo rami olivarum. — *Juxta duo rostra aurea.* Duos tubos seu fistulas intelligit ex septem, duos, inquam, viciniore duabus olivis, quæ stabant hinc et inde. — *In quibus sunt suffusoria ex auro.* Qui tubi sunt suffusoria, sive, ut vocavit n. 2, infusoria, ad suggerendum oleum ellychniis.

14. *Duo filii olei.* Jesus sacerdos summus, et Zorobabel, qui vocantur filii olei, id est, uncti oleo, sive christi Domini, quia nimirum Jesus inunctus et consecratus erat pontifex; Zorobabel vero constitutus princeps populi; et assistunt Deo tanquam ejus administri in gubernatione reipublicæ.

CAP. V. — 1. *Oculos meos.* Non corporis, sed phantasie et mentis.

2. *Volumen volans.* In hebræo est *meghillah*, id est, chratam, membranam, vel librum convolvibilem, qui in seipsum complicitur in orbem super cylindrum, quem fortasse intellexit Symmachus, qui vertit, κεφαλις, capitulum. Cylindrus enim ad caput pergameni assumitur, ut super illum convolvitur possit. Aquila et Theodotio verterunt, διφθερα; est autem dipthera membrana e pelle capræ. Huic simile volumen viderunt Ezechiel, c. 2, 9; et S. Joan., Apocal., 10, 10. — *Volans.* Volans dicitur, ut celeritatem ultionem fore significet. Suspicio etiam volans idem esse quod expansum et apertum; membrana enim in aere posita, si complicata non sit, vento movetur, et extremitates suas quasi alas commovet. — *Longitudo ejus viginti cubitorum.* Hac mensura notatur universa Judæa, quæ duplo erat longior quam latior. In hac enim, utpote ubique rapinis et pauperum oppressionibus contaminatam, volabat hoc penarum volumen. Vel hac mensurarum diversitate significatur major æterni supplicii longitudo, seu diuturnitas, quam intensio: illa enim sempiterna est, et fine caret, hæc autem est finita.

dis : Je vois un livre volant, long de vingt coudées, et large de dix.

3. L'ange ajouta : C'est là la malédiction qui va se répandre sur la face de toute la terre. Car tout voleur sera jugé par ce qui est écrit dans ce livre; et quiconque jure sera jugé de même par ce que ce livre contient.

4. Je le ferai sortir, dit le Seigneur des armées; il entrera dans la maison du voleur, et dans la maison de celui qui jure faussement en mon nom; et il demeurera au milieu de cette maison; et il la consumera avec tout le bois et toutes les pierres.

5. Alors l'ange qui parlait en moi sortit dehors, et me dit : Levez les yeux, et considérez ce qui va paraître.

6. Et qu'est-ce? lui dis-je. Il me répondit : C'est un vase qui sort. Et il ajouta : Ce vase est ce qu'on voit en eux dans toute la terre.

7. Je vis ensuite que l'on portait une masse de plomb; et j'aperçus une femme assise au milieu du vase.

8. Alors l'ange me dit : C'est là l'Impiété. Et il jeta la femme au fond du vase, et en ferma l'entrée avec la masse de plomb.

3. *Hæc est maledictio.* Ce livre était le livre du jugement. Par cette vision, le Seigneur voulait faire comprendre à son peuple toujours éprouvé qu'il ne devait pas se décourager, et que le temps viendrait où il punirait tous ses ennemis.

6. *Hæc est amphora.* Cette vision se rattache à la précédente. Car le livre volant était le livre du jugement qui renfermait les peines que devaient subir les méchants. Le vase est destiné à renfermer l'impunité et tous les désordres qui souillent la surface de la terre, où les Juifs étaient captifs.

8. *Hæc est impietas.* La femme représente l'impunité d'Israël qui doit être portée un jour à son comble, lorsque cette nation aura le malheur de mettre à mort son Dieu. Alors la justice de Dieu précipitera Israël dans ce vase comme dans un abîme, et le poids de sa colère, marqué par le plomb, tombera sur le vase lui-même et le scellera de telle sorte, que son peuple sera condamné à un châtement immuable comme sa perversité elle-même.

3. *Maledictio.* Supplicii sententia, et imminens punitio. — *Quia omnis fur.* Per furtum intelliguntur etiam reliqua peccata in proximum; per perjurium, etiam reliqua in Deum. — *Sicut ibi scriptum est.* In volumine volante. — *Judicabitur.* Chald., *percutietur.* LXX, *punitur Jurans.* Falso. — *Ex hoc.* Volumine.

4. *Educam illud.* Volumen, id est, pœnas illo volumine contentas : educam, inquam, illud, id est, efficiam ut quod modo per visionem cognoscis, illi re ipsa experiantur. — *Veniet.* Maledictio et punitio. — *Et ligna ejus, et lapides ejus.* Prorsus totam. * Sic de pœna perjurii oraculum est apud Herodotum in Erato :

..... εἰς οὐκ ἴσως
Ζυμωρῆς ἔλεσθ' γενεάν, καὶ εἶλον ἅπαντα.

..... donec omnem
Corrumpens perdat generationem, et domum totam.

5. *Egressus est angelus.* A superiore visione ad hanc amphoræ exhibendam, quod est dicere, illum egressum ut novam prophetæ revelationem afferret. Vel ut interpretatur Emman. Sa, egressus est ut ab angelis superioribus novam revelationem acciperet. — *Quod egreditur.* Representabatur enim tanquam aliunde egredientis, quasi dicat : Quod in aspectum tuum venit.

6. *Hæc est amphora.* Hebr., *ephâ*, quæ est certa mensura capiens tres modios frumenti; sed hic, ut etiam alibi, pro mensura in genere accipitur. Amphora hæc significat certum numerum peccatorum, quem Deus præstituræ solet, ut cum ad eum ventum sit, supplicium sumatur. — *Hæc est oculus eorum.* Intellige passive et objective, quasi dicat : Huo tantum aspiciunt; nam adeo effrenate ruunt in peccata, ut nihil aliud spectare videantur, quam ut hanc mensuram celerrime impleant.

7. *Talentum plumbi.* Massa quædam, ut vocatur n. sequenti. — *Portabatur.* Massa, inquit divus Hieronymus, *instar lapidis ferebatur, vel suo impetu, vel domini jussione ferebatur ab alio, cujus nomen tacitum est.* — *In medio amphoræ.* Super ephâ.

8. *Hæc est impietas.* Populi hujus impietatem vocat quidquid sanctitati et justitiæ opponitur. — *Projecit eam in medio amphoræ.* Fecit ut tota esset intra amphoram, et nulla ejus pars extra maneret, ut ita amphora, sive mensura impleatur. — *Misi massam plumbeam in os ejus.* Os amphoræ talento illo plumbi obstruxit, ne exiret mulier. Hac massa plumbea significatur completa mensura peccatorum, et Judæos diu mansuros in sua impietate et damnatione : plumbum enim significat pondus damnationis quam propter scelera sua incurberant.

dixi : Ego video volumen volans; longitudo ejus viginti cubitorum, et latitudo ejus decem cubitorum.

3. Et dixit ad me : Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ; quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, judicabitur; et omnis jurans, ex hoc similiter judicabitur.

4. Educam illud, dicit Dominus exercituum; et veniet ad domum furis, et ad domum jurantis in nomine meo mendaciter; et commorabitur in medio domus ejus, et consumet eam, et ligna ejus, et lapides ejus.

5. Et egressus est angelus qui loquebatur in me; et dixit ad me : Leva oculos tuos, et vide quid est quod egreditur.

6. Et dixi : Quidnam est? Et ait : Hæc est amphora egrediens : Et dixit : Hæc est oculus eorum in universa terra.

7. Et ecce talentum plumbi portabatur, et ecce mulier una sedens in medio amphoræ.

8. Et dixit : Hæc est impietas. Et projecit eam in medio amphoræ, et misit massam plumbeam in os ejus.

9. Et levavi oculos meos, et vidi; et ecce duæ mulieres egredientes, et spiritus in alis earum, et habebant alas quasi alas milvi; et levaverunt amphoram inter terram et cœlum.

10. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me : Quo istæ deferunt amphoram?

11. Et dixit ad me : Ut ædificetur ei domus in terra Sennaar, et stabilietur, et ponatur ibi super basem suam.

9. Je levai ensuite les yeux, et j'eus cette vision : je voyais paraître deux femmes. Le vent soufflait dans leurs ailes, qui étaient semblables à celles d'un milan; et elles élevèrent le vase entre le ciel et la terre.

10. Je dis à l'ange qui parlait en moi : Où ces femmes portent-elles ce vase?

11. Il me répondit : Dans la terre de Sennaar, afin qu'on lui bâtisse là une maison, et qu'il y soit placé et affermi sur sa base.

CHAPITRE VI.

Vision de quatre chars. Orient annoncé de nouveau.

1. Et conversus sum, et levavi oculos meos, et vidi; et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium; et montes montes ærei.

2. In quadriga prima equi rufi, et in quadriga secunda equi nigri,

3. Et in quadriga tertia equi albi, et in quadriga quarta equi varii, et fortes.

1. M'étant retourné, je levai les yeux, et j'eus cette vision. Je voyais quatre chariots qui sortaient d'entre deux montagnes : ces montagnes étaient des montagnes d'airain.

2. Il y avait au premier chariot des chevaux roux; au second, des chevaux noirs :

3. Au troisième des chevaux blancs, et au quatrième, des chevaux tachetés et vigoureux.

9. *Ecce duæ mulieres.* Ces deux femmes ne peuvent plus représenter les Chaldéens et les Assyriens, puisque ces châtements étaient passés, mais ce sont les armées romaines de Titus et d'Adrien. La première ruina le temple et détruisit Jérusalem et commença la dispersion actuelle des Juifs, et la seconde l'acheva.

11. *In terra Sennaar.* Cette Babylone n'est pas celle dont les prophètes ont annoncé la ruine, mais c'est la Babylone de l'Apocalypse, Rome papenne, au milieu de laquelle les Juifs ont été transportés et dispersés depuis Jésus-Christ.

9. *Duæ mulieres egredientes.* Venientes in aspectum Zacharie. Duas has mulieres Ribera interpretatur fuisse *excacationem et indurationem.* Corn. a Lapide duos demones, vel Nabuchodonosor, et Nabuzardan qui vastarunt Jerusalem, et Judæos impios in Babylonem transtulerunt. * Alii cum Chaldæo putant esse duas gentes, alteram decem, alteram duarum tribuum. — *Et spiritus in alis earum.* Ventum collegerunt ad volandum, et magno impetu ferebantur. — *Habebant alas quasi alas milvi.* Apte : nam milvus habet magnas alas, et labori pares diurni volatus. Præterea naturæ instinctu cognoscit quandam migrandum illi sit in aliam regionem (nam, ut habemus Jerem., 8. 7 : *Milvus in cælo cognovit tempus suum*), nec desistit a volatu, donec ad destinatum locum pervenerit. Ita ergo duæ hæ mulieres celeri volatu, tempore suo, Judæos deferunt in certam perditionem. — *Inter terram et cœlum.* Per aerem.

11. *Ut ædificetur ei domus in terra Sennaar.* In Babylone, ut vertunt LXX; nam in terra Sennaar est Babylon, ut patet Genes., c. 11, n. 2. Significat Zacharias quatuor imperia Judæos a Chaldæis abductos fuisse in captivitatem Babylonicam, ibique multis annis, hoc est, septuaginta fuisse; rursus, Jerusalem per Titum eversa, abducendos in captivitatem et exilium universale, et totum orbem illis fore terram Sennaar, id est, *terram excussionis* (hoc enim significat Sennaar), ad quam scilicet terra sancta excussi, vagi et profugi delati sunt. — *Stabilietur, et ponatur.* Alto et firmo loco statuatur, ut solent idola. Significatur ergo tam impietatis culpam quam pœnam in Babylone, sive terra Sennaar locatam, ut cum in ea impietas steterit per definitam a Deo mensuram, tum peccatorum, tum temporum, puniatur et plectatur, primo per Cylum, secundo per Darium, tertio per Christum, qui Babylonem, et Babylonios Antichristi assecas disperdet in fine mundi.

CAP. VI. — 1. *Conversus sum.* Iterum vidi aliam visionem. — *Ecce quatuor quadrigæ.* Sicut Danieli, c. 2, ita nunc Zacharie proponuntur quatuor imperia quæ sibi ordine successe-runt, et sese mutuo everterunt : et post illa imperium Christi Domini, omnibus illis diuturnius et potentius, ut norint omnes non casu, sed Dei voluntate hæc imperia floruisse et concidisse, regnum vero Christi semper mansurum. — *Egredientes de medio duorum montium.* Hi duo montes symbolum sunt potentie et providentiæ Dei, cujus duæ partes, et quasi montes, sunt mens et voluntas, puta sapientia et decretum, sive dispositio et definitio, vel præordinatio et executio. Hæ igitur quadrigæ montibus illis æneis, antequam exirent, continebantur, ne alias nationes bello infestarent, proinde ac si septæ essent montibus validissimis et insuperabilibus. Cum autem adfuit tempus a Deo præstitutum, ut imperio potenter, tunc egressæ sunt. * Vel hi duo montes sunt portæ Ciliciæ inter montium ardua, per quas Babylonii et Persæ, Alexander quoque, et duces ejus in Syriam, Judæam, Ægyptum transire soliti.

2. *In quadriga prima equi rufi.* Hoc est imperium Chaldæorum, sanguinarium et crudele, præsertim in Judæos. Bene etiam colore rufo designantur Chaldæi, qui hoc colore delectabantur in vestibus; quare Nahum, 2, 3 dicitur : *Clypeus fortium ejus ignitus, viri exercitus in coccineis.* Porro cum legis *quadrigas*, intellige etiam ascensores earum, more Scripturæ. — *In quadriga secunda equi nigri.* Hoc est, imperium Medorum et Persarum. Equi sunt nigri, quia his regnantibus Judæi gravi metu atque luctu afflicti sunt per edictum Assueri, Esth., 3, 6. Adde etiam his imperantibus luxisse Judæos propter impeditam ædificationem templi. * Equi etiam nigri famem significant, ut Apocal., c. 6, n. 5 et 6.

3. *In quadriga tertia equi albi.* Regnum Græcorum quod cœpit ab Alexandro, qui clemens